ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 45v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Cap. 3.

sumat de ligno uitae & uiuat in aeternũ. Ideo noluit sua
pietate uiterũ sumere de ligno uitae. quia si inde co
mederet immortalis cũ suo peccato tãquã diabolus ut
aliqui uolunt pmanere. & nõ redire pp poenitentiam;
Unde putant qd nũquã de ligno uitae comedisset. quia
si ~~edisset~~ quasi edisset inquiunt nõ peccare. Aliter.
uoluit ds ut sumere & pp poenitentiã recuperare. & hẽ.
ambigua locutio. Loquimur enim sic cũ dicimus. ideo
moneo te ne iterũ facias qd fecisti. Uolentes enim ut
faciat. & iterũ ideo moneo te ne sis bonus. uolentes utq;
ut sit. Ideo moneo te ne desperes qd bonus possis esse.
Talienimodo ait apostolus. Ne forte det illis ds poeni
tentiã ad cognoscendã ueritatem. cũ hoc utiq; cupie
bat. Emisit eũ dnus ds de paradyso uoluptatis ut opera
retur tram de qua suptus est. Potest ergo fieri
ut pp ea homo in labore huius uitae et dimissus ut
aliquando manũ porrigere ad arborem uitae. Et
eiecit adã & collocauit ante paradysũ uoluptatis;
& eiecit adam haud dubiũ quin dns. Et habitare fecit
ante paradysũ uoluptatis cherubim & flãmeũ gladiũ
atq; uersatilem ad custodiendã uiã ligni uitae. Ne
qd ipsũ adã quẽ eiecerat ds habitare fecerit contra
paradysũ uoluptatis: sed qd illo eiecto ante fores